Aduocati g
cum uariis

Verbosulus aduocatus aut rumpetur aut loquetur. Plenus est sermonibus; coartus est spiritus uteri sui. Esurit et sitit auditores quibus iactitet uanitates, et habita oportunitate loquendi. Si de litteris agitur, noua profert et uetera. Volant sentencie; resonant uerba impullosa. Interrogantem preuenit et querenti non respondet.

Bernardus ibidem.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V^1 V^2 L^1 L^2):

uerbosulus] uerbosus P V^1 V^2 L^1 L^2; coartus] coarctatus L^2; iactitet] iatitet (*cor. supra lin.*) M; impullosa] ampullosa P V^1 V^2 L^1 L^2; respondet] respondent P V^1